



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

Art. 1. Vtrùm aliqui casus reservati sint Missionariis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

TRACTATVS IX.

De Pænitentia.

ARTICULUS I.

Vtrum aliqui casus reservati sint Missionariis?

REsp. Negativè. Quod clarissimè pater in facultatibus concedi solitis à S. Sede Missionariis Regularris. Videl. *Absolvendi ab heresi, & Apostasiâ à fide, & à Scismate, quoscumque etiam Ecclesiasticos, tam seculares, quam Regulares in foro Conscientia tantum.* Item, *Absolvendi à cassibus Sedi Apostolicae reservatis, etiam in Bulla Cœna contentis.*

Nulos autem casus novi quos sibi unquam in illis partibus Episcopi aut Vicarii Generales reservant. Nec jam ibi amplius locum habet reservatio præcedentium Episcoporum, antequam illa loca ab obedientiâ Sedis Apostolicæ deficerent.

Quod notandum est pro multis civitatibus & pagis qui à paucis annis propriis suis Episcopis suberant. Ut factum est in Diœcesi Sylo-Duceensi & in totâ Majoriâ. Cujus ratio est,

Q 6

quia

R A G.

366 TRACTATUS IX.

quia facultates suprapositæ Sedis Apostolice ad illa etiam loca jam se extendunt , cum eadem ibi sit ratio. Tum etiam , quia summus Pontifex concedens facultatem absolvendi ab omnibus sibi reservatis etiam in Bulla Cœnæ censetur etiam facultatem dare absolvendi à reservatis quondam Episcopis , qui enim concedit id quod majus est , censetur etiam concedere id quod minus est.

Advertendum tamen quòd Missionarii non debeant esse adeò faciles ad absolvendum à casibus reservari solitis : Quando enim Ecclesia reservat gravissimos aliquos casus , id facit in bonum Pœnitentium , ut magis à similibus peccatis reservatis absterreantur , & efficaciori proposito emendationis conterantur , & cognoscant verè gravia esse quæ Ecclesia solet reservare. Licet igitur ob urgentes rationes in illis partibus illa reservatio sit ablata , per facultatem ab illis casibus absolvendi ; cavere tamen debent Missionarii ne facile nimis manus imponant ; sed talia peccata pro gravitate suâ ponderent , & dum opus judicaverint , deferant absolutionem.

ARTI-

D

Vtrum

S

En
cialiter
sit con
sit ann
commu
verit Sa
rit , &Resp
tur se
dicit se
pore ob
quot an
debet ex
fornica
tius in iSatis
peccato
temptu
luminaria
gularite
dalum
Confess